MARCUS Miseratione Diuina tt. Sancti Marci Sacrosancte Romane Ecclesie presbiter Cardinalis
Patriarcha Aquilegien et Sedis Apostolice Legatus Uniuersis et singulis xpifidelibus pntes litteras inspecturis Salutem in domino sem
piternā Splendor paterne glorie qui sua mundum ineffabili illuminat claritate pia uota fidelium de ipsius clementissima maiestate sperantium
tunc precipue benigno fauore prosequitur cum deuota ipsorum humilitas sanctorū pcibus et meritis adiuuatur Cupientes igitur ut Capella
Sancti Michaelis extra muros opidi Budissen Missen dioc / a / xpifidelibus congruis frequentetur honoribus fidelesq ipi eo libentius deuotionis causa co
fluant ad eandem quo ex hoc ibidem dono celestis gratie uberius se nouerint refectos De omnipotentis dei misericordia et beatorū Petri et
Pauli aplorum eius auctoritate confisi omnibus et singulis utriusq sexus xpifidelibus uere penitentibus et confessis qui in pasce pentech.
Assumptionis beate marie uirginis festiuitatibus a primis Vesperis usq ad secundas inclusiue ipam capellā deuote uisitauerint annuatim et ad rep
arationē seu conseruationē edificiorū calicum librorum ac aliorum ornamentorū pro diuino cultu inibi necessariorū manus porrexerint adiutri
ces Nos Cardinalis Patriarcha et Legatus pfatus in singulis festiuitatibus huiusmodi quibus id fecerint Centum dies Indulgentiarū de in
iunctis eis penitentiis misericorditer in dño relaxamus pntibus ppetuis futuris temporibus duraturis In quorū omniū et singulorū fidem ac testimoniū
pmissorū pntes nostras litteras fieri nostriq Sigilli iussimus ac fecimus appensione communiri Datum Oppauie decimo octauo Kalendas octobris Anno
a Natiuitate dñi Millesimoquadringentesimoseptuagesimotertio Pontificatus Sanctissimi i xpo pris et dñi nostri dñi Sixti diuina prouidentia
Pape Quarti Anno T[...]

g. car lis legat etc

Jo. Laurentius.